

### III.

# NEOVIDENSIS

Nro 64. (Neovidensis Nro 87.)

---

*Pirithous, firmissimo amicitiae vinculo conjunctus Theseo, mortua uxore Hippodame convenit cum Theseo, ut nullam uxorem nisi Jove natam duceret, et cum jam Theseus Helenam Jovis, et Ledae filiam rapuisset, nec aliam nosset Jove natam praeter Proserpinam, pro ea ad inferos descendit, verum primo impetu a Cerbero interfectus est. Tergeminus iste orci custos in memoriam relatae de Pirithoo victoriae isthanc nobiscum communicat dissertationem de Coronatione.*

---

Elysium -- Meum. -- Die Veneris 9. Nov. 1804. (Neov. 26. Oct.)

---

Sententia :

*Coronam ego Dei gratia, et mea fortitudine sum consecutus.*

Carolus Magnus.

**C**arolo Magno Occidentis Imperatori Romanus Pontifer Leo III. Romæ coronam imposuit, atque insignibus regni augustissimum reddidit. Dies erat solennis, cujus fama universum Occidentem peragravit, utque

hæc inauguratio omnibus populis nota fieret, talibus eam oportuit ornare cerimoniis, quarum memoria ad seram posteritatem transmitteretur.

Semper in ejusmodi solennitatibus religio, quæ sola humanas actiones potest sanctas efficere, summam excitavit attentionem. Prudens homo ad supremam dignitatem eVectus maxime observat inanitatem rerum humanarum. Maxima Regna intereunt; illustria facta, summæ dignitates, invicta fortitudo, & omnes virtutes cum tempore, quemadmodum aqua in fluvios, in Oceanum æternitatis delabuntur. At rerum summus arbiter, qui cuncta regit, jubet quotidie solem oriri, & occidere, extendit suam potentiam, & — jam maximus terræ evanescit. Urbes, & Provinciæ everuntur, firmissima monumenta, Marmor, & æs rediguntur in pulverem; & homo, qui neque ex marmore, neque ex ære componitur, audet spiritus, nescio quos, sumere? vult tempori omnia consumenti fidere, seque reddere immortalem? Ducite eum ad cæmeterium, hic, quod ipsum fatum maneat, facile intelliget.

Ad interitum ruunt omnia, sola cognitio Dei permanet, & ad cunctas nationes propagatur. Hæc necessaria est infirmo generi humano; omnipotentiam, quæ animum malevoli, & increduli pervadit, ut eum e-

tiam cont  
reducatur,  
litus homo  
veritate n  
tem hæc  
Systemat  
to ad no  
na præsta  
tinet doct  
dat, suaq  
inordinato  
beneficent  
currere m  
restituit r  
vitiarum,  
am; infe  
pauperum  
quietudin  
stiana.

Si G  
geros De  
dionum;  
xerunt su  
ut Christi  
religio co  
ne Imper  
Nationes

A lo  
gio inau  
pum, qu  
delicet co

tiam contra propriam voluntatem ab errore reducat, agnoscit tam barbarus, quam politus homo. Ex hac cognitione, ejusque veritate nascitur religio. Ex omnibus autem hæcenus notis religiosis ritibus, ac Systematibus, quæ inde ab orbe condito ad nos pervenerunt, religio Christiana præstantissimam, atque optimam continet doctrinam, quæ hominem felicem reddit, suæque sorte contentum. Illa refrenat inordinatos affectus, hortatur ad communem beneficentiam, solatur afflictos; jubet succurrere miseris; erigit oppressos; libertati restituit mancipia; enervat splendorem divitiarum, & honorum; deprimit superbiam; infert spem, & solatium in tuguria pauperum, Palatia vero replet salutari inquietudine. Ita comparata est religio Christiana.

Si Græci, & Romani suos malè morigeros Deos in testes vocarunt solennium actionum; si Israelitæ religiosis ritibus unxerunt suos Reges, majori jure convenit, ut Christianorum solennitates sancta eorum religio condecoret. Estne autem coronatione Imperantis magis solennis alia actio apud Nationes?

A longo jam tempore cohonestabat religio inaugurationem Christianorum Principum, quæ in duobus consistit actibus, videlicet coronatione, & unctione.

tes usque propagetur. Hæc fiet 25. Novembris. Romanus Pontifex se jam itineri Parisios versus commisit; ingens multitudo Principum, illustriumque virorum ex Provinciis exteris ibidem comparebit. Hæc solennitas duplici ex capite æquiparatur Coronationi Caroli Magni. Nova familia, & Pontifex Maximus unctionem peracturus, sunt duo nova objecta, quæ antiquitatem in memoriam revocant.

Cum nondum sit editum programma observandarum hac in re cerimoniarum, scriptores rerum novarum varias prodiderunt conjecturas. Alii dicunt Cæsarem in domo invalidorum coronandum, in campo Martio super clypeo Pharamundi elevandum, in Cathedrali Ecclesia ungendum, & in domo civica pransurum. Alii affirmant illum primo in Ecclesiam, inde ad invalidos, denique ad campum Martium venturum. Quidam observat, eadem die solem signum Martis ingressurum, & ab utroque sydere eandem viam tenendam &c.

Anglicanæ Ephemerides pervident, multa quæ impossibilia videbantur, reipsa effectui esse data. Ita Nova *Morning Chronicle* vocitata sub inscriptione: *Nihil est impossibile*, continent res, quæ ob insignes cogitationes merentur in latium sermonem traduci. Si perpendam varias conjecturas, quæ de statu politico Europæ vigent, non pos-

Unctio est ex toto religiosa cerimonia, quæ desiderium populi, ut ab uno regatur, & potestatem summi Rectoris augustiorem reddit. Est symbolum personalis inviolabilitatis, fortitudinis, prudentiæ, & justitiæ, quibus quælibet natio gubernari exoptat.

Coronatio autem refertur inter actus civiles, totamque nationem cum Imperante conjungit: Populus coronando suum Rectorem se ipsum coronat, & corpus politicum omnem suam manifestat amplitudinem. Princeps est caput Reipublicæ, Sacerdotes vero, Magistratus, exercitus, urbes, communitates, & cives ejusdem membra.

Unctionem peragit Minister religionis; aliter se res habet cum coronatione. Complures Christiani Principes, uti Imperator Russiæ, Rex Hispaniæ, & olim Rex Navaræ ipsi sibi coronam imponunt. Alios solent redimire Episcopi. In hoc sensu dixit Carolus Magnus: Coronam ego Dei gratia, & mea fortitudine obtinui. Idem intelligunt Imperantes, dum sua Edicta in hunc modum ordiuntur: Nos (*nimirum Repræsentans nationis*) Nos Dei gratia electus Imperator, Rex &c.

Præcipuam tamen meretur attentionem inauguratio novæ Dynastiæ, majorique cum pompa debet celebrari, ut ad seros nepo-

tes usque  
bris. Ro  
risios ven  
Principum  
ciis exter  
nitas dup  
ronationi  
Pontifex M  
duo nova  
moriã

Cu  
observan  
scriptore  
runt co  
domo in  
Martio  
dum,  
& in o  
mant il  
invalido  
venturu  
lem sig  
que sy

An  
ta quæ  
fectui  
kle voc  
sibile,  
tatione  
duci.  
de sta

tes usque propagetur. Hæc fiet 25. Novembris. Romanus Pontifex se jam itineri Parisios versus commisit; ingens multitudo Principum, illustriumque virorum ex Provinciis exteris ibidem comparebit. Hæc solennitas duplici ex capite æquiparatur Coronationi Caroli Magni. Nova familia, & Pontifex Maximus unctionem peracturus, sunt duo nova objecta, quæ antiquitatem in memoriam revocant.

Cum nondum sit editum programma observandarum hæc in re ceremoniarum, scriptores rerum novarum varias prodiderunt conjecturas. Alii dicunt Cæsarem in domo invalidorum coronandum, in campo Martio super clypeo Pharamundi elevandum, in Cathedrali Ecclesia ungendum, & in domo civica pransurum. Alii affirmant illum primo in Ecclesiam, inde ad invalidos, denique ad campum Martium venturum. Quidam observat, eadem die solem signum Martis ingressurum, & ab utroque sydere eandem viam tenendam &c.

Anglicanæ Ephemerides pervident, multa quæ impossibilia videbantur, reipsa effectui esse data. Ita Nova *Morning Chronicle* vocitata sub inscriptione: *Nihil est impossibile*, continent res, quæ ob insignes cogitationes merentur in latium sermonem traduci. Si perpendam varias conjecturas, quæ de statu politico Europæ vigent, non pos-

sum satis mirari hominum alias eruditorum pertinaciam credentium adhuc dari impossibilia. Consideremus tantum ultimi belli facta, & perspiciemus meam admirationem gravi inanti fundamento. Paucis omnia enumerabo: A. 1792. videbatur fieri non posse, ut exercitus Gallicus unitis Imperantium viribus resistat; A. 1793 & 94. erat impossibile, ut ærarium Galliæ vel uno mense sufficiat publicis necessitatibus. Ab anno 1794 usque 1799 putabatur impossibile, ut aliquod ordinatum in Europa imperium pacem faciat cum Gallica Republica; Sic nemo credidit futurum, ut Bonaparte cum 40 millibus armatorum excensionem faciat in Aegypto, aut ut ille, vel quisunque alius incolanis inde revertatur; Judicabatur excedere vires Bonaparteianas, ut exigua manu prosternat Gubernium Gallicum, sitque vel unico mense Primus Consul; Plane autem impossibile fuit, ut Magna Brittania eum pro tali recognoscat. Quis ob causam, qualis insula Melita est, bellum oriturum existimasset! Cui incidisset Bonaparteium Imperatorem futurum, & licet contra omnem possibilitatem eo eludaturus erat, impossibile tamen fuit, ut quæpiam potentia Europæa hanc illi tribueret prærogativam. Sed etiamsi tandem omnia impossibilia evaderent possibilia, hoc tamen nulla ratione perfici potuit, ut tale Ministerium in Anglia exurgat, quale Pittius componit, si vero & hæc

summa  
sibilitat  
lud Mi  
attamer  
quæ fie  
patet,  
itaque,  
ponam  
sibilia

Q  
tione,  
ille se

C  
nuncia  
Hispan  
& non  
ait qu  
ptor,  
mariti  
ra 27  
comm  
tius c  
nam  
raneu  
subse  
debili  
colæ  
ram,  
incul  
te nu

summa impossibilitas converteretur in possibilitatem, hoc certe fieri nequiret, ut illud Ministerium vel uno mense perduraret, attamen coaluit, durat in præsens, & omnia, quæ fieri posse negabantur, evenerunt. Hinc patet, nihil esse impossibile. Affirmanti itaque, dari aliqua, quæ esse nequeant, reponam: Vel ideo credo futura, quod impossibilia putentur.

Quid mente agitaverit vir de Oppositione, levi negotio licet colligere, licet ille se clare non explicuerit.

Contra tristia sunt, quæ ex Hispania nunciantur. De terræ motu, qui in tota Hispania, occidentali Gallia, in Hollandia, & nonnullis Italiæ partibus observatus est, ait quidam præclarus rerum novarum scriptor, sequentem habemus relationem ex maritima urbe in Regno Granadæ sita Abdera 27. Aug. Urbs nostra electa est theatrum commiseratione digni excidii. Nudius tertius circa horam mediam nonam matutinam audivimus obtusum fremitum subterraneum, quem intra tres quadrantibus horæ subsequuti sunt tres terribiles, & complures debiliores terræ succussiones. Omnes incolæ relictis domibus properarunt vel in forum, vel apertos campos; Quam deserta, inculta, relictæ sunt omnia! In tota civitate nulla reperitur domus, quæ horrendum in

modum non contremuisset, multæ minantur ruinam, multæ ingenti lapsu proruerunt. Durantibus tribus præcipuis motibus nutabant turres, insonabant campanæ, lampades extinguebantur, in domibus armaria, aliæque res mobiles concutiebantur. Sacræ ædes clausæ teuentur, quod ruinæ sint proximæ. Res divina habetur sub dio. Potentiores familiæ, uti etiam Virgines Deo dicatæ constituerunt habitare in tuguriis.

Non minus flebiles sunt nuncii, qui ex vicinia adferuntur; Terræ motus cunctas Hispanicas ad mare mediterraneum jacentes oras quatiebat. Rocheta plurimum est passa, salinæ ejus aquis mersæ multa millia centenariorum salis amiserunt. Castellum *Popolo* dictum totum corrui; In loco *Dalais* multi homines cadentibus domibus oppressi interierunt. Bugnolium aquarum fluctibus haustum. Bella Villa est acervus lapidum. In *Felix* terræ motus excussit ex turri æs campanum. In oppido denique *Eniz* omnes domus prostratæ jacent. Formidolosa hæc procella directionem habuit a meridie septentrionem versus.

---

In Typographia Belnayana prodivit in publicam lucem elegantissimum Poema, sub titulo: *Vaccinatio*, *Carmen elegiacum* in 4to pp. 16. cum effigie Aloysii Careno in charta Anglicana 1 fl. 20 xr. in charta ordinaria 36 xr.

N E

Status,  
ense  
ta  
gib  
ran  
sce  
Str  
seq

Elysium -

Post tan  
nitatem  
docur

Maria

Non  
que a  
in Ve  
nit il  
ac pr  
bi cor  
excell